Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



dnī ad me dicens Quid tu vides Jeremia Et dixi Virgā vigilantē ego video Et dixit dnūs ad me Bene vidisti qr vigilabo ego super verbo meo ut faciam istud Et factum est sermo dnī secundo ad me dicens Quid tu vides Et dixi Ollam succensam ego video et facies eius a facie aquilonis Et dixit dnūs ad me Ab aquilone pandetur malum super omnes habitatores terre qr ecce ego congregabo omnes cognationes regnorum aquilonis ait dnūs et venient et ponent unusquisque solium suum in introitu portarum Jerusalem et super omnes muros eius in circuitu et super universas urbes iuda et loquar iudicia mea cum eis super omni malicia eorum q derelinquerunt me et libaverunt diis alienis et adoraverunt opa manuum suarum Tu ergo accinge lumbos tuos et surge et loquere ad eos omia q ego precipio tibi Ne formidas a facies eorum ne cum timere te faciam vultum eorum Ego quippe dedi te hodie in Civitatem munitam et in columpnam ferream et in murum eneum super omnem terram Regibus Juda principibus eius et sacerdotibus et populo terre et bellabunt adversum te et non prevalebunt qr ego tecum sum ait dnūs ut liberem te Sequitur cap. II.

Et factum est verbum dnī ad me dicens Vade et clama in auribus Jerusalem dicens Hec dicit dnūs Recordatus sum tui misericordiam adolescentiam tuam et caritatem desponsationis tue qm secuta es me in deserto in terra q non seminatur Sanctus israhel dnō primicie frugum eius Omnes q devorant ea delinquunt mala venient super eos dicit dnūs Audite verbum dnī domus iacob et omnes cognationes domus israhel Hec dicit dnūs quid invenerunt patres vestri in me iniquitatis qr elongaverunt se a me et abulaverunt post vanitatem et vani facti sunt et non dixerunt ubi est dnūs q ascendere nos fecit de terra egipti qui transduxit nos per desertum per terram inhabitabilem et invium per terram siccam et imaginem mortis per terram in qua non ambulavit vir ne habitavit homo et induxi vos in terram carmeli ut comederetis fructum eius et optima illius et ingressi contaminastis terram meam et hereditatem meam posuistis in abhominationem Sacerdotes non dixerunt ubi est dnūs et tenentes legem nesciverunt me et pastores prevaricati sunt in me et prophete phe